



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 70. Spirensis Conventus initia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

atque aliam quartam partem Ministro-Sæcul. XVI.  
rum sustentationi adjudicavit.

A.C. 1526.

§. LXIX.

*Philippus Hassiae Landgravius Lutheri  
hæresin amplexus.*

**E**odem anno Lutherus sibi conciliabat Philippum hujus nominis primum inter sectæ hujus fautores longe zelosissimum juxta ac potentissimum. Is cognomento *magnanimus* peracto Suevicorum. Rusticorum bello in omnia Hassiæ <sup>Cochl. ipsius actis</sup> ~~script.~~ cæ domus bona successit, cui Saxonie *Lutheri* Elector, intimus illius amicus, auctor <sup>ann. 1526.</sup> extitit, ut Lutheri sectæ nomen daret; <sup>p. 147.</sup> cessit ille Electoris sollicitationi, quamvis Georgius Saxonie Dux ejus Socer, necnon Landgravia nomine Anna Megalopolis Ducissa illius Mater nil intentatum relinquerent, ut eum a perverso hoc consilio absterrerent.

§. LXX.

*Spirensis conventus initia.*

**C**um comitia, quæ primo Augustæ, dein Spiræ indicta fuere, prima die Maji, ut inter Principes conventum erat, celebrari haud possent, illa ad vigesimam quintam Junii diem hujus anni supra millefimum quingentesimi vigesimi sexti remittebantur.

I 2      §. LXXI,